FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Juris Circa Christianos Muhammedici Particulæ

Callenberg, Johann Heinrich

Halae, MDCCXLI.

VD18 13442570

IIX.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-200758

Visual Library

deſinit, Muhammedo ſe conſecrat, poſtquam diluculavit, liber eſt a donis, tum erogandis. Abulleithus: "*Si quis Iſlamiticam religionem "ſuſcipit, poſt diluculum, non obligatus eſt ad "exhibendam eleemoſynam, Fidrata appellatam.* Quotquot ex hoſtium regionibus caſtrisque ad Moslemos transfugiunt, horumque, ſe dicant ſacris, quamvis antea conditione ſervili fuerint, liberi evadunt. Idem: "*manumiſſio, fa"cta ob Islamiticæ religionis profeſſionem, ſcili"cet, quando venit ad nos ſervus ex ſervis ho"ſtium, amplectens ſacra Moslemorum.* De jure illorum, qui ex tributariis facti ſunt Moslemi, hoc ſancitum eſt. Tollitur cauſſa, quæ irritum fecit matrimonium, nempe omiſſio teſtium, violatusque ſtatus, quo fœmina viro abſtinere debebat. Abulleithus: "*ubi matrimonium tribu"tarii irritum fuerit ſine teſtibus, aut in ſtatu "vitandi virorum commercii, deinde vero ille "Moslemicæ ſe ſubjecerit religioni, perſtat ma"trimonium inter illos,* ipſum ſcilicet & ejus uxorem *ſecundum effatum Abuhaniſæ.*

IIX.

De illo autem, qui, cum Muhammedi ſacra deſeruerit, poſtea ad ea redit, hæc habent: conjugium ejus ſtabilitur, ſi uxor ſimul illa pro-

Si quis Islamiticam. p. 70.
Manumiſſio facta. p. 157.
Ubi matrimonium. p. 97.

profiteatur. ICtus noſter: "*defectio non im-*
"*pedit matrimonii conſtantiam, ſi Moslemorum*
"*ſacra ſuſcipiunt univerſi; tum conſtat matri-*
"*monium inter eos, poſt ſuſceptam Iſmaeliticam*
"*Dei colendi rationem.* Quem defectionis pœnitet, is, ſimul ac revertitur ad deſertam religionem, in integrum reſtituitur, & vindicat ſibi, quantum de ſuis rebus apud hæredes invenerit. Abulleithus: "*cum fecerit judex hæc*
"*omnia, ſi poſtea deſertor redeat, Moslemicam*
"*profitens religionem, irritum fit, quicquid egit*
"*judex. - - Si reperit aliquid de opibus ſuis*
"*in manibus hæredum ſuorum, capit illud ab his.*
" *- - Sin religionem Islamiticam rurſus pro-*
"*fiteatur, redeatque, antequam judex quicquam*
"*de ſuo abjudicet; univerſim, quicquid habet,*
"*ei manet.* Contra de Moslemo, qui, cum antea a chriſtiana religione ad Muhammedicam defecerit, ab hac rurſus ad illam tranſit, hoc tradit dictus ICtus: "*Si chriſtianus rece-*
"*dat ad id*, a quo diſcedere coactus fuit, *non*
"*concedatur, ſed invitus adigatur ad Islamiti-*
"*cam religionem.* Hæc, præeunte *Abulleitho*, de jure circa chriſtianos Moslemico ediſſerui; deinceps, ſi Deus vitam conſervat, plura ex aliis codicibus collecta publicabo.

Defectio non impedit. p. 97.
Cum fecerit judex. p. 347.
Si Chriſtianus recedat. p. 382.